BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)
Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh.
Seite 116r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift

holocausta et sacrificium et pacificas
victimas super eo imponeremus ipse que-
rat et iudicet. et non ea magis cogita-
tione atque tractatu ut diceremus. Cras
dicent filii vestri filiis nostris. Quid vobis
et domino deo israhel. Terminum posu-
it dominus inter nos et vos o filii ru-
ben et filii gad iordanem fluvium. et
idcirco partem non habetis in domi-
no. et per hanc occasionem avertent filii
vestri filios nostros a timore domini. Pu-
tavimus itaque melius et diximus.
Exstruamus nobis altare non in ho-
locausta neque ad victimas offerendas.
sed in testimonium inter nos et vos et
sobolem nostram vestramque progeniem. ut
serviamus domino et iuris nostri sit
offerre holocausta et victimas et pa-
cificas hostias et nequaquam dicant
cras filii vestri filiis nostris. non est vobis
pars in domino. Quod si voluerint di-
cere respondebunt eis. Ecce altare do-
mini quod fecerunt patres nostri non in ho-
locaustum neque in sacrificium. sed in
testimonium vestrum ac nostrum ~~eternum~~.
Absit a nobis hoc scelus ut recedamus
a domino et eius vestigia relinquamus.
exstructo altari ad holocausta et sac-
rificia et victimas offerendas. preter
altare domini dei nostri quod exstructum
est ante tabernaculum eius. Quibus
auditis phynees sacerdos et princi-
pes legationis israhel qui erant cum eo
placati sunt et verba filiorum ruben
et gad et dimidie tribus manasse liben-
tissime susceperunt. Dixitque phynees fi-
lius eleazari sacerdotis. ad eos. Nunc
scimus quod vobiscum sit dominus quo-
niam alieni estis a prevaricatione
hac. et liberastis filios israhel de manu
domini. Reversusque est cum princi-
pibus a filiis ruben et gad de terra ga-
laad finium chanaan ad filios israhel.
et retulit eis. Placuitque sermo cunc-
tis audientibus. et laudaverunt do-
minum filii israhel et nequaquam ul-
tra dixerunt. ut ascenderent contra
eos. atque pugnarent et delerent terram
possessionis eorum. Vocaveruntque filii
ruben et filii gad altare quod exstruxe-
rant testimonium nostrum quod dominus
ipse sit deus. XXIII

Evoluto autem multo tempore post-
quam pacem dederat dominus
deus israhel subiectis in gyro nationibus
universis. et iosue iam longevo. et
persenilis etatis postquam diviserat
terram filiis israhel. secundum quod dominus
imperaverat. vocavit iosue omnem
israhelem maioresque natu et princi-
pes ac duces et magistratus dixitque
ad eos. Ego senui et progressioris etatis
sum. vosque cernitis omnia que fece-
rit dominus deus vester. cunctis per circui-
tum nationibus quomodo pro vobis ipse
pugnaverit. et nunc quia vobis sor-
te divisit omnem terram ab orienta-
li parte iordanis usque ad mare mag-
num. multeque adhuc supersunt nati-
ones. dominus deus vester disperdet eas et
auferet a facie vestra. et possidebitis ter-
ram sicut vobis pollicitus est. Tantum
confortamini et estote solliciti ut
custodiatis cuncta que scripta sunt
in volumine legis moysi. ut non de-
clinetis ab eis nec ad dexteram nec
ad sinistram ne postquam intraveri-
tis ad gentes que inter vos future
sunt iuretis in nomine deorum earum
et serviatis eis et adoretis illos. sed ad-
hereatis domino deo vestro quod et fecis-
tis usque in diem hanc. Et tunc auferet